



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias  
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,  
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

§. Decimus Sextus. Summarium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

Card. Clem. 1. quaest. 39. de privileg. Navarrus de alienat. rer. Eccles. num. 76. & notari i-  
dem alio in loco d. lib. 4. quaest. 75 num. 4.

§. DECIMVS SEXTVS.

SUMMARIVM.

1. Impedientes iurisdictionem Ecclesiasticam incurrunt censuras Bullae Coena do-  
mini.
2. Libertati Ecclesiasticae quaerantur adversari.

Necnon considerantes quantum ex ista nostra & Apo-  
stolica Sedis honori quam personarum Ecclesiasticarum  
quieti & prospero statui non sine damnanda pernicie derogetur,  
ac cupientes eos quos ad observantiam iurium virtutum praem-  
ia non inducunt, tam adjectarum exaggeratione poenarum qua  
adjiciendarum de novo formidine a temerariis ausibus refrenare,  
(201) omnes & singulas constitutiones quae super decimarum so-  
lutione & contra violatores & raptores Ecclesiarum & incendia-  
rios agrorum depopulatores & tam S. R. E. Cardinalium quam Ve-  
nerabiles Fratres nostros Episcopos & alias personas Ecclesiasticas  
seculares & regulares capientes deridentes (202) & eorum iurif-  
dictionem & iura quomodolibet indebite occupantes aut eos in  
eorum iurisdictionis exercitio perturbantes seu molestantes eos  
quoque ad conferendum beneficia Ecclesiastica personis per eos  
nominatis aut alias de illis pro eorum libito voluntatis disponen-  
dum ac feuda & bona Ecclesiastica in emphyteosim concedendum  
aut alias vendendum temere compellentes (203) Nec non statuta  
contra libertatem Ecclesiasticam facientes & ad praemissa auxili-  
um consilium vel favorem praestantes hactenus emanaverunt in-  
novamus,

## SCHOLIA.

(201) **O**Mnes & singulae constitutiones. Constitutiones istae cum non quærentur in Instituto exemptionum quarum enucleationem susceperat Petrus Matthei in septimo decretalium Apostolicarum post sextum Clementinas & extravagantes editarum apud quem sigillatim distinctis titulis hæc consuetudines descriptæ sunt.

(202) **E**t eorum iurisdictionem aut iura quomodolibet. Incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini eos qui iurisdictionem Ecclesiasticam prælatorum ac etiam ordinariorum impediunt per recursum ad curias aut seculares potestates liquidum est ex serie dictæ Bullæ ac signanter excommunicatione in ordine decima sexta quam Gregorius Savius in thesauro Theologiæ moralis explicavit lib. 3. cap. 20, eaque etiam innodat eos qui auxilium Concilium favorem præstant, qua de re & ego alio in loco, d. lib. 4. questio. 76. de iurisdictione. ordinar. in exempt.

(203) **N**ec non statuta contra Ecclesiasticam libertatem. Quæ dicantur adversari Ecclesiasticæ libertati, vide supra scholio 7. & quæ dicantur statuta contra libertatem Ecclesiasticam præterea quibus ex causis statuentes excusentur tradit Navarrus in Manuali cap. 27. num. 119.

## §. DECIMVS SEPTIMVS,

## SUMMARIUM,

1 Principes an veniant sub generali dispositione.

(204) **E**T cum ea iuri nedum contraria sed etiam Ecclesiasticæ libertati opprobriosa sint, quam plurimum & ad verum ut de officio nobis credito dignam Deo possimus reddere rationem, affectibus & monitis paternis imperatorem Reges, Duces Marchiones, Comites, Barones & quoscumque alios alterius cuiuscumque nobilitatis præminente potentia seu potestatis excellentia vel dignitatis existentes, attente hortamur in domino eisdem in